GOSPEL: LUKE 18. 31-43

magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus, jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? At ille dixit: Dómine, ut vídeam. Et Jesus dixit illi: Réspice, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laundem Deo. CREDO

they that went before rebuked him, that he should hold his peace. But he cried out much more: Son of David, have mercy on me. And Jesus standing, commanded him to be brought unto him. And when he was come near, He asked him, saying: What wilt thou that I do to thee? But he said: Lord, that I may see. And Jesus said to him: Receive thy sight, thy faith hath made thee whole. And immediately he saw and followed Him glorifying God. And all the people, when they saw it, gave praise to God. CREED

OFFERTORY: PS. 118. 12-13

Benedíctus es, Dómine, doce me justificatiónes tuas: in lábiis meis pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

Blessed art Thou, O Lord, teach me Thy justifications: with my lips I have pronounced all the judgments of Thy mouth.

SECRET

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta: et ad sacrifícium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dóminum.

May these sacrifices, we beseech Thee, O Lord, cleanse our offenses, and sanctify the bodies and minds of Thy servants for the celebration of this sacrifice. Through our Lord.

PREFACE OF THE MOST HOLY TRINITY
PLEASE SEE RED MISSAL

COMMUNION: PS. 77. 29-30

Manducavérunt, et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

They did eat, and were filled exceedingly, and the Lord gave them their desire: they were not defrauded of that which they craved.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus, ut qui cæléstia aliménta percépimus, per hæc contra Omnia advérsa muniámur. Per Dóminum.

We beseech Thee, almighty God, that we who have received this heavenly nourishment, may be strengthened by it against all adversities. Through our Lord.



# Proper Prayers of the Mass
## Quinquagesima Sunday
## Provided Courtesy of Una Voce Orange County



*Jesus said to him: Receive thy sight, thy faith has made thee whole.*

INTROIT: PS. 30. 3-4

ESTO mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum et refúgium meurn es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me. *Ps. 30. 2.* In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in justítia tua libera me et éripe me. ℣. Glória Patri.

BE Thou unto me a God, a protector, and a place of refuge, to save me: for Thou art my strength and my refuge: and for Thy name's sake Thou wilt lead me, and nourish me. *Ps.* In Thee, O Lord, have I hoped, let me never be confounded: deliver me in Thy justice, and save me. ℣. Glory be to the Father.

COLLECT

Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: atque a peccatórum vínculis absolútos, ab omni nos adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum.

We beseech Thee,O Lord, mercifully hear our prayers, that being loosed from the bonds of our sins, we may be defended by Thee against all adversity. Through our Lord.